

et Ministris
ut penes in-
figant.

Archiepiscopis, & Episcopis, ac quibuscumque
Locorum Ordinariis, necnon in Statu Nostro
Ecclesiastico dilectis Filiis Nostri, & Apostolice
Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis,
aut Præfidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus,
aliisque Iustitiæ Ministris Provinciarum, Civita-
tum, Terrarum, & Locorum Status prædicti
quatenus eidem Bonaventuræ, & pro tempore
existenti Ministro Generali, seu ab eo causam
habentibus prædictis in præmissis, efficacis defen-
sionis præsidio assistentes quodcumque ab ipso
Bonaventura, & pro tempore existentis Ordinis
hujusmodi Ministro Generali requisiti fuerint,
pœnas prædictas contra quoscumque inobedien-
tes irremissibiliter exequantur.

Clausula.

§.1. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque
Juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis Statutis, & consue-
tudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Lite-
ris Apostolicis in contrarium præmissorum quo-
modolibet concessis, confirmatis, & innovatis,
ceterisque contrariis quibuscumque.

§.2. Volumus autem, ut præsentium trans-
umptis, seu exemplis, etiam in eodem Brevia-
rio impressis, manu alicujus Notarii publici sub-
scriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesia-
stica dignitate constitutæ munitis, eadem fides
ubique Locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus
haberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Pisc. die XXI. Novem. MDCXCVI.
Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLII.

Die 5. Dec.
1696. An. 6.

Declaratur in Constitutione Inn. XI. circa pri-
vilegia, & Indulgentias Ordinis Min. S. Fran-
cisci de Observ. comprehendi eorundem Loca
Vie Crucis, seu Calvarii.

Præd. Const. hic refertur, & ed. fuit 1686, Sep: 5,
P. 10. ab hoc Pontifice concessa fuit Indulg. plen:
perp. Ecclesie S. M. Angelorum Civitatis Assi-
sien: ed. 1695, Aug: 18, P. 5. Et a Clem. XI alia
Indulgentia conceditur Ecclesie Provin. Romana
Const: ed. 1701, Sep: 14, P. 1. Ab Innoc. vero
XIII Const: ed. 1723, Jul: 12, P. 3 confirmantur
quædam gratia Provincia Polonia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias a fel. rec. Innocentio Papa XI. præde-
cessore Nostro ad preces dilecti Filii Fran-
cisci Diaz a Sancto Bonaventura tunc Commis-
sarii Generalis Curie pro familia Ultramontana
Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Ob-
servantia nuncupatorum super confirmatione
quarundam Literarum Apostolicarum eidem
Ordini, ejusque Ecclesiis, Confraternitatibus,
Domibus, locis, ac omnibus, & singulis utrius-
que sexus personis obedientiæ, seu directioni
Ministri Generalis Ordinis hujusmodi subiectis
circa privilegiorum, Indulgentiarum, & gra-
tiarum concessionem, & communicationem,
respective concessarum, emanarunt Literæ in
simili forma Brevis tenoris, qui sequitur vide-
licet:

§.1. INNOCENTIUS PAPA XI. Ad

futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit
dilectus Filius Franciscus Diaz a S. Bonaventura
Charissimi in Christi Filii Nostri Caroli Hispania-
rum Regis Catholici Concionator, & Theologus,
ac in Romana Curia pro Ultramontana
Familia Ministro Generali Ordinis Fratrum Mi-
norum S. Francisci de Observantia nuncupato-
rum subiecta Commissarius Generalis, quod pri-
vilegia, gratiæ, concessiones, favores, & Indul-
gentiæ, etiam plenariæ, ac poenitentiarum re-
laxationes, cæteraque Indulta, Ordinibus, Con-
gregationibus, Confraternitatibus, Domibus,
Ecclesiis, Locis, Benefactoribus, ac omnibus,
& singulis utriusque sexus personis obedientiæ,
seu directioni prædicti Ministri Generalis Fra-
trum Minorum subiectis olim ab Apostolica Se-
de concessa, seu communicata per plurimum Ro-
manorum Pontificum prædecessorum Nostros
Ordinum Constitutiones, & præcipue per Literas
fel. rec. Clementis VIII. incipientes = Ratio Pa-
storalis &c. Anno 1597. expeditas, ac Pauli V.,
quæ incipiunt = Injuncti Nobis &c. Anno 1609.
concessas, & Urbani VIII. Romanorum Ponti-
ficum prædecessorum pariter Nostrorum inci-
pientes = In plenitudinem &c. Tertio Idus Maii
1625. datas, confirmata, & sub aliquibus mo-
dificationibus innovata fuerunt: unde præfate
utriusque sexus Personæ obedientiæ, seu direc-
tioni dicti Ministri Generalis subiectæ, quibus
memorata communicatio Privilegiorum, In-
dulgentiarum, & concessionum, tam inter se,
quam cum aliis Ordinibus, Congregationibus,
& Societatibus etiam lesu, ac Confraternitati-
bus concessa fuit juxta Clausulas, & præscrip-
tum dictarum Literarum Apostolicarum, &
cum restrictionibus in illis appositis, & non ali-
ter ea use fuerunt. Cum autem sicut eadem
expositio subjungebat, ut præmissa firmis subsi-
stant, & conserventur, præfatus Franciscus
Commissarius Generalis Curie prædictas Cle-
mentis, ac Pauli, & Urbani prædecessorum Lite-
ras cum Clausulis in eisdem contentis, a No-
bis innovari, & omnes aliorum Romanorum
Pontificum successorum concessiones ad favo-
rem dictorum Ordinum, Congregationum,
Confraternitatum, Locorum, Benefactorum,
& aliarum utriusque sexus personarum prædictæ
obedientiæ, seu directioni subiectarum expeditas
Apostolice confirmationis Nostre patrocinio
communiri plurimum desideret. Nos ipsius
Francisci Commissarii Generalis Curie votis
hac in re quantum cum Domino possumus favo-
rabiliter annuere volentes, & a quibusvis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis
a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel
Causa latis, si quibus quomodolibet innodatus
existit, ad effectum præsentium dumtaxat con-
sequendum harum serie absolventes, & absolu-
tum fore censentes, supplicationibus ejus nomi-
ne Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati,
de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E.
Cardinalium, negotiis, & consultationibus Epi-
scoporum, & Regularium præpositorum consi-
lio, & attenta relatione, quam Vener. etiam
Fratr. Noster Alderanus Episcopus Portuensis
ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus di-
cti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam
Protector eisdem Cardinalibus super præmissis
fecit,

Constitutio
Inn. XI., qua
confirmata
fuerunt Literæ
Clem. VIII.,
Pauli V., Urb.
VIII., & Suc-
cessorum circa
Privilegia,
& Indulgentias.

Nobis denuo nuper exponi fecit, post Decretum
supradictum adhuc nonnulli dubitent, an pia-
loca Vie Crucis, seu Calvarii nuncupata a per-
sonis supradictis adinstar Stationum Montis Cal-
varii vigore diversorum privilegiorum eis ab hac
Sancta Sede (ut asseritur) concessorum erecta,
in communicatione præfata comprehendantur.
Nobis propterea idem Franciscus humiliter sup-
plicari fecit, ut in præmissis opportune provide-
re, & ut infra indulgere de benignitate Aposto-
lica dignaremur. Nos igitur ipsum Franciscum
amplioris favore gratiæ prosequi volentes, eum-
que a quibusvis excommunicationis, suspensio-
nis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-
tiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine,
quavis occasione, vel causa latis, si quibus quo-
modolibet innodatus existit, ad effectum præ-
sentium dumtaxat consequendum, harum serie
absolventes, & absolutum fore censentes, hu-
jusmodi supplicationibus inclinati, de secundo
dictorum Cardinalium consilio, & attenta rela-
tione, quam dilectus noster modernus Commissarius
Generalis Curie dicti Ordinis eisdem Cardinali-
bus, super præmissis fecit, etiam præfata loca
pia Vie Crucis, seu Calvarii in supradictis In-
nocentii prædecessoris Literis comprehendendi, ac
proinde frui, & gaudere posse Indulgentiis, &
privilegiis in Literis hujusmodi concessis, & ex-
pressis, earum tamen tenore servato, auctori-
tate Apostolica tenore præsentium decernimus,
& declaramus; salva tamen semper in præmissis
auctoritate secundo dicte Congregationis Car-
dinalium.

Proces Proc-
ratoris Gen.
& causa de-
clarationis.

Declaratio
pro locis Vie
Crucis, seu
Calvarii.

Clausula.

Ab hoc Pon-
tifice appro-
bata fuit De-
cretum Con-
gregationis
Concilii, qua
declarat: si fuit
in præd. Lite-
ris compre-
hendi Loca
in Oriente.

§.4. Decernentes pariter easdem præfatas
Literas semper firmas, validas, & efficaces exi-
stere, & fore suosque plenarios, & integros ef-
fectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spe-
ctat, & pro tempore spectabit, plenissime sus-
fragari; Sicque in præmissis per quoscumque Ju-
dices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causa-
rum Palatii Apostolici Auditores, judicari, &
definiri debere; ac irritum, & inane, si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Postmodum vero pro parte ejusdem
Francisci Nobis exposito, quod a nonnullis præ-
tendebatur in præfata communicatione privile-
giorum, Indulgentiarum, & gratiarum memo-
ratis personis prædictæ obedientiæ, seu direc-
tioni subiectis, sicut præmittitur, concessa minime
comprehendi loca, & Ecclesias Terre Sanctæ,
aliarumque partium Orientis existentium extra
Jerusalem; ideoque pro ejus parte Nobis sup-
plicato, ut loca, & Ecclesia hujusmodi ab eadem
communicatione minime excludi declaramus:
Nos supplicem Libellum Nobis super præmissis
porrectum ad Congregationem Venerabilium
pariter Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. Eccle-
siae Cardinalium Concilii Tridentini Interpre-
tum remisimus pro voto; ipsa vero Cardinalium
Congregatio per suum Decretum die 16. Julii
1695. emanatum præsertim Innocentii præde-
cessoris Literis perpenis, censuit, si ita Nobis
placuisse, prædicta loca, & Ecclesias Terre
Sanctæ, aliarumque Orientis extra Jerusalem
esse comprehensa, seu comprehensa in dictis
privilegiis, Indultis, & Indulgentiis, servatis
tamen in omnibus, & per omnia forma, & tenore
earundem Literarum, factaque Nobis subin-
de per tunc existentem Secretarium memorate
Congregationis de præmissis relatione, Nos
ipsius Congregationis Sententiam approbavi-
mus, prout in dicto Decreto plenius dicitur
contineri.

§.5. In contrarium facientibus non obsta-
ntibus quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earundem præsen-
tium Literarum transumptis, seu exemplis,
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica
dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus
fides ubique locorum, tam in Judicio, quam ex-
tra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus habe-
retur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Piscat. die V. Decem. MDCXCVI.
Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLIII.

Revocantur Privilegia a Superioribus Religiosis
concessa in Indiis Occident: contra Ordinum,
vel S. Sedis Constitutiones.

Dat. 12. Jan.
1697. An. 6.

Clem. X Const: ed. 1670, Jun: 21, P. 1. declarat
fuisse nonnulla Privilegia Regularium. Et Cle-
men: XI Const: ed. 1719, Sep: 7, P. 19 revocantur
privilegia concessa a Nuncio in quibusdam
Regnis.

Consl. Clem. X. ed. fuit 1672, Sep. 19. Et Conslit. Inn. XI. 1683, Aug. 17.

INNOCENTIUS PP. XII.

Ad futuram rei memor.

Epilogus C6- stitutions Cle- men. X. qua interdicitur sine licentia prae-transire sub excom- municationis poe- na.

Dudum fel. rec. Clementi PP. X. praedecessori nostro pro parte tunc existentis in Romana Curia Procuratoris Generalis Congregationis Sancti Mauri Monachorum Ordinis S. Benedicti exposito, quod rec. mem. Urbanus PP. VIII. etiam Praedecessor noster dictam Congregationem prius a similibus me. Gregorio PP. XV. Praedecessore pariter nostro in Regno Galliae erectam, & stabilitam approbaverat, & confirmaverat, illique diversa Privilegia, gratias, & Indulta concesserat; Et licet ab illo tempore eadem Congregatio, divina opitulante gratia, ita profecisset, ut sibi ducenta circiter Monasteria ejusdem Ordinis profitentium, & Altissimo cum summa Populorum aedificatione, & spirituali omnium consolatione famulantium numerus reperiebatur, aggregavisset, nihilominus nonnulli dictae Congregationis Monachi, quo spiritu ducti nesciebatur, praetextu tamen arctioris vitae ducendae ad Monasterium B. Mariae dela. Trappe Cisterciens. Ordinis Sagien. Dioecesis, minime petita, vel saltem non obtenta suorum. Superiorum licentia, se transferre satagebant, & cum effectu transferebant, ex quo quamplura scandala, Monachorum instabilitas, & furtive extra Monasteria divagationes succedebant ac Regularis observantia, sanctaque obedientia confundebatur. Idem Clemens praedecessor supplicationibus dicti Procuratoris Generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, de tunc pariter existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, Monachos praedictae Congregationis Sancti Mauri expresse professos ad quemcumque alium Ordinem, & Monasterium, seu alium regularem locum, cujusvis alterius Ordinis, seu Congregationis etiam Carthusianorum, & praesertim Monasterium Beatae Mariae dela Trappe praedictum, animo se se illi associandi, seu incorporandi, sine expressa tunc, & pro tempore existentis Superioris Generalis ejusdem Congregationis Sancti Mauri licentia nullo modo se transferre posse, ac contrafacientes, scilicet tam recipientes, quam receptos excommunicationis latae sententiae poenam, a qua non nisi ab ipso Clemente Praedecessore, seu Romano Pontifice pro tempore existente praeterquam in mortis articulo constituti, ullatenus absolvi possent, ipso facto absque alia declaratione incurrere, auctoritate Apostolica, decrevit, statuit, & declaravit, & alias, prout in ipsius Clementis Praedecessoris Literis desuper in simili forma Brevis die 19. Septemb. 1672. expeditis plenius continetur. Ac subinde pie me. Innocentio PP. XI. Praedecessori pariter nostro pro parte dilecti filii Gabrielis Flambart dictae Congregationis Sancti Mauri in eadem Curia tunc Procuratoris Generalis similiter exposito, quod non attenta praedictorum Clementis Praedecessoris literarum dispositione dilectus etiam filius Alexium Gendrier Monachus expresse professus ejusdem Congregationis Sancti Mauri non petita, minusque obtenta a suo Superiore Gene-

Epilogus C6- stitutions Innoc. XI. qua praecipitur executione Con- scriptionis Clem. X.

rali (quem tamen in eodem Monasterio) unde egressus erat, praesentem habebat) licentia, ad ordinem Eremitarum Camaldulensium die circiter 8. Martii tunc proxime praeteriti se transulerat, & in illo tunc vivebat, in grave dictae Congregationis praedictae, & scandalum, ac propterea pro parte dicti Gabrielis Procuratoris Generalis, quo similibus malis obviari posset, eidem Innocentio Praedecessori humiliter supplicato, ut praedictum Alexium Gendrier nulliter ad dictum Ordinem Camaldulen. transivisset, ipsumque per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia ad Monasterium, ex quo egressus erat, reverti cogendum esse declarare, ac pro abundantiori cautela, & inherendo supra dictis Clementis Praedecessoris literis, quod in posterum nullus Monachus praedictae Congregationis Sancti Mauri ad eundem Ordinem Camaldulensium vitam Eremiticam agentium, necnon Fratrum Sancti Francisci de Paula Minorum nuncupatorum, Carthusianorum, seu quemcumque alium Ordinem aut Congregationem quamcumque; etiam speciali expressione, & denominatione dignam, & praesertim ad supra dictum Monasterium dela Trappe, absque expressa, & in scriptis obtenta licentia praedicta transire, aut in eisdem recipi posset decernere, & in reliquis contenta in praedictis Clementis praedecessoris literis adamussim observari mandare dignaretur. Idem Innocentius praedecessor ipsius Gabrielis Procuratoris Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volens, de memoratorum Cardinalium consilio, attentis narratis circa praemissa servandam esse praedictam Constitutionem memorati Clementis praedecessoris, etiam quoad Eremitas Camaldulenses, Fratres Minimos S. Francisci de Paula, & alios quoscumque ordines speciali nota dignos, & praedictum Alexium Gendrier per censuras Ecclesiasticas esse compellendum ad redeundum ad praedictam Congregationem S. Mauri eadem auctoritate decrevit, & declaravit, ac statuit, & ordinavit, & alias, prout ipsius Innocentii praedecessoris literis, etiam in forma Brevis die 17 Augusti 1683. desuper emanatis, quarum, & praedictarum Clementis praedecessoris literarum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus uberius continetur.

§.1. Cum autem sicut dilectus pariter filius Claudius Estiermot dictae Congregationis Sancti Mauri in Curia praedicta Procurator Generalis. Nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus Abbas memorati Monasterii dela Trappe, nulla earundem literarum habita ratione, quosdam Congregationis hujusmodi Monachos renuentibus illius Superioribus, in Monasterio praedicto ad novitatum admiserit, unde gravia eidem Congregationi enasci possint detrimenta. Nobis propterea dictus Claudius Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.2. Nos igitur ipsum Claudium Procuratorem Generalem specialis favore gratiae prosequi volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effe-

Proces Procuratoris Gen- & causa C6- stitutions

atum

Confirmatio, & innovatio Constitutionis Clem. X. & Inn. XI.

Clausula.

stum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, praedictas Clementis, & Innocentii praedecessorum literas, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, & expressis auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus.

§.3. Decernentes pariter easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam delatere Legatos judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quae in praedictis Clementis, & Innocentii praedecessorum literis concessa sunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Martii MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc., & Regul. circa abrogationem Discretorum Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia.

Conslit. ed. 1696, Mar. 16, P. 5. praecpta fuit vita communis. Et Conslit. ed. 1698, Aug. 9. P. 8. agitur de interventu Discretorum in Capitulis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Lis inter Discretos, & Procuratorem Gen., ac super ea Decretum Congregationis pro prius

Alia emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita in Curia Avenionen. inter dilectos filios Josephum Bellisen. Procuratorem Generalem Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia ex una, & Discretos, & alios particulares Presbyteros ejusdem Congregationis ex altera partibus vertente Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: In Causa Avenionen. vertente inter Patrem Josephum Bellisen. Procuratorem Generalem Congregationis Doctrinae Christianae in Gallia ex una, & PP. Discretos, & alios particulares Presbyteros ejusdem Congregationis partibus ex altera. Sa-

era Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita Partibus ipsis auditis, referente Eminentissimo Carpineo ejusdem Sacrae Congregationis Praefecto, censuit, & declaravit, Decretum Capituli Generalis super abrogatione Discretorum non sustineri. Romae 25. Maji 1696. G. Card. Carpineus. Loco * Sigilli. A. Archiepiscopus Athenarum Secretarius.

§.1. Cum autem, sicut pro parte dictorum Discretorum, ac aliorum particularium Presbyterorum Nobis nuper expositum fuit ipsi decretum hujusmodi quo firmius subsistat, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Proces Discretorum, & aliorumque.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§.2. Decernentes easdem praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae Congregationis, Doctrinae Christianae, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIII. Mar. MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLVII.

Confirmantur Indulgentiae perpetuae a Paulo V. concessae Congregationi antiqui Rigoris Ordinis Praemonstraten.

Dat. 20. Apr. 1697. An. 6.

Laudata Conslit. ed. fuit 1606, Oct. 19. Et Ben. XIII LII 2 Consl.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD pastorale fastigium meritis licet imparibus divina dispositione evecli, in eam praecepit curam sollicitis studiis incumbimus, ut Christiani fideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati juxta laudibilia eorum instituta prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, laetioribus in dies, benediciente Domino proficiant incrementis; illa proinde quae regulari ipsorum observantiae noxia esse noscuntur, opportune provisionis nostrae Ministerio evellere satagimus, sicut pia Orthodoxorum Regum multiplicibus in hanc Sanctam Sedem meritis fulgentium vota postulant, & Nos omnibus maturae considerationis trutina perpensis ad Omnipotentis Dei gloriam, & Religionis felicem progressum salubriter expedire in Domino arbitramur.

Præter Regis Catholici, & causa revocationis.

§.1. Cum itaque sicut pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper expositum fuit, in quorundam Ordinum Regularium Provinciis, quae in Indiis Occidentalibus, & insulis eis adjacentibus eidem Carolo Regi, subiectis consistunt, is late invaluerit abusus, ut plurimi Provinciarum hujusmodi Religiosi, Magisterii, aliorumve graduum prerogativis, sive etiam variis exemptionibus, ac gratis sibi a suis Superioribus, contra, & præter regularia Ordinum praedictorum instituta collatis, seu concessis fruuntur non sine gravissimo Religiose humilitatis, quam idem Ordines profitentur, detrimento. Nobis propterea ejusdem Caroli Regis nomine humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignemur.

Revocatio præd., a qua eximitur Privilegia Apost.

§.2. Nos igitur, qui Regularem disciplinam ubique, adeoque etiam in remotioribus ab eadem Sede partibus vigere, & omnem illius relaxationis viam pracludere summopere cupimus, de opportuno remedio providere, ac piis ipsius Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes, & quascumque Magisterii, aliorumve graduum hujusmodi prerogativas, necnon cujusvis generis exemptiones, ac gratias quomodocumque nuncupatas quibusvis Provinciarum praedictarum Religiosis cujuscumque dignitatis, qualitatis, & conditionis, ac cujusvis Ordinis Congregationis, & Instituti existant, quocumque titulo, praetextu, causa, & occasione contra, & præter Ordinem Congregationum, & Institutum quorumlibet, Apostolicave Constitutiones hæcenus quoquo modo collatas, seu concessas, sine ullo tamen eorum præjudicio, qui illas sibi a Sede Apostolica conferri, seu concedi obtinuerunt, auctoritate Apostolica tenore praesentium revocamus, cassamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac in futurum dispositiones Constitutionum hujusmodi inviolabiliter observari praecipimus.

Clausula.

§.3. Decernentes ipsas praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod praedicti, aliive quilibet in praemissis forsan interesse habentes, seu habere quomodolibet

praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi, nec causae propter quas praesentes emanarint sufficienter adductae, verificatae, & justificatae fuerint, seu ex alia quacumque, etiam quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissima, & totalis lesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis, integritatis, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestate plenitudine concessio, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconcussè observari; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere-Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliisque quoslibet quacumque praerogativa, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellaria Apostolica Regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciarum, Ordinum, Congregationum, & Institutum praedictorum, eorum Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, & Domorum Regularium, aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, & Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro plene, & sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat

xat

Causa Praecepti.

xat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die XII. Jan. MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLIV.

Dat. 6. Febr. 1697. An. 6.

Præcipitur Archiepiscopo Goanen., ac Episcopis Meliaporen., Cranganoren., & Coccinen., ut observent Clem. X. Constitutionem circa jurisdictionem Vicariorum Apostolicorum in Oriente.

Simile præceptum factum fuit Archiepiscopo Goan., aliisque Const. ed. 1696, Oct. 22, P. 6, de jurisdictione Vicariorum vide Const. ed. 1696, Octob. 23, P. 6. Et de electione Vicariorum Foraneorum in America vide Constitut. editam 1698, Maii 3. Pont. 7.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

A Clem. X. declaratum, fuit, ad Vicarios habere jurisdictionem, & contradictores incurrere excommunicationem.

CUM sicut accepimus licet fel. record. Clemens PP. X. praedecessor noster per quasdam (uas in simili forma Brevis literas, quarum initium est: Christiana Religio, Catholicaque Fidei propagationis opus &c. die 7. Junii 1674. de particulari Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Propaganda Fidei praepositorum super rebus Sinarum deputatae consilio emanatas auctoritate Apostolica declaraverit Episcopos Vicariorum, aliarumque partium Orientis, eorumque Ministros, & officiales non posse, nec debere exercere actus jurisdictionales super Vicariis Apostolicis ad Regna, seu Provincias Orientis pro Religione, & fidei hujusmodi propagatione ab hac Sancta Sede Apostolica missos, quippe ejusdem Sanctae Sedis Delegatos, eorumque operarios in Provinciis sibi assignatis, sed iisdem Vicariis Apostolicis dictae Sedis Delegatis in praedictis Provinciis jurisdictionem privative quoad omnes competere, donec aliter fuisset a Congregatione eorumdem Cardinalium declaratum; Ac Contravenientes eo ipso in poenas excommunicationis, & indignationis Romani Pontificis incurrisse censerit decreverit, & alias prout in eisdem literis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Nihilominus Venerabiles Fratres moderni Archiepiscopus Goan., necnon Meliaporen., Cranganoren., & Coccinen. Episcopi, sive potius illorum Ministri, & Officiales in Regnis de Idalean., Goleandae, & magni Mogolis in Indiis Orientalibus, in quibus nuper Venerabilem Fratrem Petrum Paulum Archiepiscopum Anciran. Vicarium Apostolicum cum diversis facultatibus, & Indultis deputavimus sub diversis praetextibus Jurisdictione

Præd. Ordinarium impedire jurisdictionem Vicarii in Regno de Idalean., Goleandae, & Magni Mogolis.

Clausula.

nem exercere praetendant. Hinc est, quod Nos supradictas Clementis Praedecessoris literas strictè, & inconcussè observari, necnon ipsius Petri Pauli Archiepiscopi, & Vicarii Apostolici, ejusque operariorum quieti, quantum Nobis ex alto conceditur prospicere cupientes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Propaganda Fidei negotiis praeposita super rebus earumdem Indiarum Orientalium a Nobis specialiter deputatorum consilio, eosdem modernos, & pro tempore existentes Archiepiscopum Goan., necnon Meliaporen., Cranganoren., & Coccinen. Episcopos harum serie paterne monemus, eisque auctoritate Apostolica in virtute sanctae obedientiae praecipimus, & mandamus, ut dictas Clementis praedecessoris literas, & in eis contenta quaecumque sub poenis in literis hujusmodi expressis exacte, & inviolabiliter observent, ac observari curent, & faciant, districte propterea inhibentes eis, & per ipsos omnibus illorum Ministris, & Officialibus, quocumque nomine nuncupatis, ne sub quovis quaesito colore, praetextu, causa, vel occasione ullos in Regnis de Idalean., Goleandae, & magni Mogolis supradictis Jurisdictionales actus exercere, aut inibi ejusdem Petri Pauli Archiepiscopi, seu pro tempore existentis in Regnis hujusmodi Vicarii Apostolici, ejusque operariorum Jurisdictionis exercitium impedire audeant quovis modo, seu praesumant, donec aliter a praedicta Congregatione Cardinalium fuerit ordinatum.

Præceptum præd. cum conuminatione poenarum.

§.1. Decernentes ipsas praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, aliisque quoslibet quacumque praerogativa, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, Judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.2. Non obstantibus Apostolicis, ac universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Februarii MDCXCVII. Pontif. nostri Anno Sexto.

CXLV.

Dat. 18. Mar. 1697. An. 6.

Confirmantur, & innovantur Constitutiones Clem. X., & Inn. XI. de transitu Benedictinorum Congregationis S. Mauri in Gallia ad alios Regulares.

I.11

Const.

Const. ed. 1729, Jul. 13, P. 6 extat Indulgentia plen. perp.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Referuntur præd. Indulgentia, videl.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Vicarius Generalis Communitatis, sive Congregationis Antiqui Rigoris nuncupatae Ordinis Præmonstratensis, quod dudum felic. record. Paulus Papa V. Prædecessor noster, volens univ. Ordinem prædictum, ejusque Religiosos spiritualibus Indulgentiarum muneribus decorare, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confusus, supplicationibus quoque tunc existentis Abbatis Monasterii Sanctæ Mariæ ad Nemus dicti Ordinis in Lotharingia Vicarii Generalis ejusdem Ordinis sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, omnibus, & singulis Christianis, qui poenitentes, & confessi die festo S. Norberti Sacram. Missæ Sacrificium fecissent, vel Sanctissimum Eucharistia Sacramentum sumpsissent, plenariam. Ac Religiosi prædicti Ordinis, qui reformationem a Capitulo Generali anni 1605. statutam receperunt, ac præsertim Regulæ, quæ incipit, Sicut pascimini ab uno Cellarario, sic induamini ab uno Vestiaro, prorsus obtinuerunt etiam plenariam: Necnon qui reformationem, quæ tunc Dei gratia in eodem Monasterio S. Mariæ ad Nemus florebat, in aliud Monasterium, inveniissent, etiam plenariam: his vero, qui reformationem hujusmodi susceperunt, in articulo mortis, vel magno vitæ periculo constituti Jesus, & Mariæ nomina invocassent, corde saltem, si ore non potuissent, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit. Insuper eisdem Christianis, qui opere, vel consilio reformationem dicti Ordinis promovissent decem annos: Item omnibus, qui pro Romano Pontifice, vel in sauratione ejusdem Ordinis Psalmum Miserere, vel ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitassent, pro qualibet vice decem dies, Qui vero diebus festis Transfigurationis Domini, B. M. Virginis, S. Joannis Baptistæ, ac festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli Rosarium ejusdem B. M. Virginis pie recitassent, & pro conversione peccatorum ad poenitentiam oravissent, præsertim conversione malorum Religiosorum ad Regularem observationem, Indulgentiam tertie partis peccatorum: Necnon qui se spiritualibus exercitiis excolendos tradidissent in Domo aliquo dicti Ordinis, aut alibi, facultate ab aliquo Prælate obtenta, viginti annos: Qui vero octo dies in prædicto Coenobio S. Mariæ commorantes, atque ad Leges, & praxim Disciplinæ ejusdem Monasterii sese conformantes, prævia Sacra Confessione, Sacram Communionem suscepissent, etiam viginti annos, & totidem quadragenas: Rursus, qui professionem suam renovassent, cum proposito eam diligenter observandi, dimidiæ partis peccatorum suorum Indulgentiam pro prima vice, deinceps vero, qui singulis annis semel, septem annos: Qui dimidium horæ quotidiane meditationi rerum

7. Plenaria.

16. non plenaria.

Divinarum dedissent, quadraginta dies pro unaquaque die: Qui adversa valetudine laborantes proposuissent reliquum vitæ suæ in reformatæ vitæ Coenobio transigere, & postquam convalescent re ipsa præstitissent decem annos, & totidem quadragenas: Qui examinanda semel quaque die conscientia per quartam circiter horæ partem pie incubuissent, centum dies: qui Matutinarum Officium media nocte decantassent decem dies toties quoties fecissent: qui vero solemnibus ejusdem B. M. Virginis Privilegiis jejunassent, centum dies toties quoties jejunassent: Et ulterius, qui aliquem ex Religiosis Ordinis supradicti, seu alterius ad capeendam reformationem induxissent; septem annos, & totidem quadragenas; necnon qui lectioni, quæ dum mensæ accumbitur, continuatim, piam operam dedissent, sive legendo, sive audiendo triginta dies: Quoties vero in Seminario dicti Ordinis, quod a Sancto Nicasio nomen habet, studiorum gratia, vel negotio pietatis commorantes, singulis hebdomadis semel Sacramentum Confessionis, & Eucharistia frequentassent, toties decem annos: Insuper qui pro lineis lanea indusia gestavissent, & non nisi vestiti nocte somnum capere decrevissent, triginta annos; Denique omnibus, & singulis, qui pro suscepta, aut defensa reformatione dicti Ordinis injuriam aliquam, vel ignominiam tulissent, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxavit, & alias prout in ipsius Pauli Prædecessoris Literis desuper in simili forma Brevis die 19. Octobris 1606. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, plenius dicitur contineri.

§.1. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat dictus Vicarius Generalis præmissa, quo firmius subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Vicarii Generalis votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, ac felicibus ejus Congregationis incrementis optime consulunt esse cupientes, ipsumque Vicarium Generalem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum, presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon præfatarum Pauli Prædecessoris Literarum tenorem presentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto habente, supplicationibus ejusdem Vicarii Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones a memorato Paulo Prædecessore, sicut præmittitur in perpetuum concessas, ac desuper expeditas ejus Literas prædictas auctoritate Apostolica tenore presentium itidem perpetuo approbamus, & confirmamus illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§.2. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro

Preces Vicarii Gen.

Confirmatio reatarum Indulgentiarum, & Constitutionis Pauli.

Claufulæ.

tem.

tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majoram sub Annulo Piscatoris die XX. Aprilis MDCXCVII. Pontif. nostri Anno Sexto.

CXLVIII.

Dat. 4. Maji 1697. An. 6.

Confirmatur Decretum Congregat. Regul: quo declaratur in Constitutione Alex. VII. de Privilegiis Provinciarum Reformatorum Strictior: Observ. in Hispania, & Indiis Occidentibus: comprehendendi Provinciam Arrabidæ in Lusitania.

Laudata Const. ed. fuit 1665, Nov. 15. Et Constit. ed. 1700, Jun. 14, P. 9 agitur de primatu super FF. Evem: S. Augustini.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Epilogus dd. Constitutionis, ex qua constat dicta Privilegia primo concessa fuisse Provincie S. Josephi & S. Joani Baptistæ in Hispania.

Nuper pro parte dilecti filii Antonii a Præfatione Ministri Provincialis Provincie Arrabidæ in Lusitania Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantia Reformatorum, seu Discalceatorum nuncupatorum Congregationi Ven: Fratr: nostrorum S. R. Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita exposito, quod cum alias tunc existentes Fratres Provinciarum in Hispania, & Indiis consistentium dicti Ordinis fel. rec. Alexandro Papæ VII. Prædecessori nostro exponi fecissent, quod dudum rec. mem. Gregorius XIII. Prædecessor pariter noster diversa privilegia Fratrum Reformati Provinciarum S. Josephi, & S. Joannis Baptistæ in Hispania consistens. Strictioris Observantia hujusmodi concesserat, quæ præsertim respectu Fratrum de Observantia a siml. mc. Clemente VIII., & Urbano VIII. Romanis Pontificibus, etiam Prædecessoribus nostris confirmata fuerant; Provincia vero Fratrum Reformatorum Strictioris Observantia hujusmodi ad numerum duodenarium cum Divini cultus augmento crevisse tunc reperiebatur; ac propterea dicti exponentes privilegia prædicta omnibus Provinciis Reformati supradicti suffragari debere ab ipso Alexandro Prædecessore declarari summopere desiderabant; Idem Alexander Prædecessor illorum supplicationibus sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, privilegia memoratis Provinciis S. Josephi, & S. Jo: Baptistæ, ut præfertur, concessa, & confirmata reliquis omnibus Provinciis Fratrum Reformatorum, seu Discalceatorum Strictioris Observantia hujusmodi in Hispania, & Indiis consistentes comprehendere, eisque in omnibus, & per omnia suffragari debere declaraverat, & alias prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis desuper in

simili forma Brevis die 5. Novembris 1665. expeditis uberius dicebatur contineri. Et in eadem expositione subjuncto, quod licet in dictis Alexandri Prædecessoris literis solum facta fuerit mentio Provinciarum in Hispania, & Indiis consistentium, sub nomine tamen Provinciarum Hispaniæ, etiam Provincie Lusitaniæ comprehendebantur, easque sub nomine hujusmodi comprehensas intelligi ex binis pie me. Gregorii PP. XV. Prædecessoris pariter nostri in eadem forma Brevis emanatis Literis, in quibus dictæ Arrabidæ, & aliæ, quæ in Lusitania existunt Provincie dicti Ordinis, inter alias Hispaniarum Provincias ejusdem Ordinis recensentur, apparebat, immo ad ipsum ex prædictis Alexandri Prædecessoris literis colligi videbatur, ea ratione, quod nisi Arrabidæ, & aliæ Lusitaniæ Provincie prædictæ sub nomine Provinciarum Hispaniæ, & Indiarum hujusmodi, ad quarum favorem dictæ literæ emanaverant, comprehenderentur, dictus duodenarius Provinciarum Reformatarum numerus minime subsisteret, cum tunc temporis duodecim Provincie hujusmodi in Hispania, & Indiis prædictis non reperirentur, prout ex authenticis Instrumentis eidem Congregationi Cardinalium exhibitis constare dicebatur. Insuper fundatio dictæ Provincie Arrabidæ tempore S. Petri de Alcantara initium habuisse, & anno 1561. uno videlicet, & amplius seculo priusquam dictæ Alexandri Prædecessoris literæ emanarent, absoluta fuisse reperiebatur, ipsaque Provincia in ordine antiquitatis, & collocationis Provinciarum per Constitutiones Generales dicti Ordinis, & in quadam earum compilatione relato tertia numerabatur, atque adeo dubium non erat, quin eadem Arrabidæ Provincia una esset ex illis decem, ad quas dicta Privilegia, sicut præmittitur, extenta fuerant; Unde Superiores Generales dicti Ordinis pro tempore existentes ipsam Arrabidæ, & reliquas Provincias hujusmodi in eorumdem privilegiorum frutione, uti sub illorum extensione comprehensas, inconcuse semper conservaverant; Ideoque pro parte ejusdem Antonii Ministri Provincialis præfata Congregationi Cardinalium supplicato, ut dictam Provinciam Arrabidæ sub præfata privilegiorum extensione comprehensam esse, ipsique privilegis gaudere debere declarare dignaretur. Emanavit a prædicta Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Emorum, & Rmorum S. R. Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Ministro Generali prædicti Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac declaravit, præfata Provinciam Excalceatorum Arrabidæ esse comprehensam in enunciato Brevis extensivo S. M. Alexandri VII. Rom. 14. Martii 1697. G. Card. Carpeneus. M. Archiepiscopus Athenarum.

§.1. Cum autem sicut dictus Antonius Minister Provincialis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi Antonio gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliis.

Rationes pro comprehensione Provincie Arrabidæ in Const. Alex. VIII.

Decreti Congreg. pro dicta comprehensione.

Preces Ministri Provincialis.

aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum preinsertum auctoritate Apostolica tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in premissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Decreti

Clausula.

§.2. Decernentes easdem presentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinibus predictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscator. die IV. Maji MDCXCVII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CXLIX.

*Dat. 11. Maji 1697. An. 6.

Eduntur quaedam Decreta circa modum concedendi Habitum Magnae Crucis ad Honores in Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani.

Inn. XI. Const. ed. 1686, Jun. 25, P. 10 concessa fuit Magno Magistro facultas circa receptionem Fratrum. Alex. VIII. Const. ed. 1690, Aug. 25, P. 1. agit de Erario Hospitalis. Et Clem. XI. Const. ed. 1711, P. 11 de jure trium Navium Bellicarum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Militantis Ecclesiae regimini Divina dispositione praesidentes, dignitatum, & honorum Ecclesiasticorum quorumcumque, & praesertim Ordinum Militarium egregiam Reipublicae Christianae operam navantium, provide, prudentique distributioni libenter consulimus, sicut rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius modernus Magnus Magister Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, quod cum ab ipso Magni Magisterii sui primordio ad varios abusus, quos in eodem Hospitali praesertim, circa nimis frequentes dignitatum Magnae Crucis, ut vocant ad Honores, tantum collationes irrepsisse compererat, corrigendos animum intendisset, dilectique etiam filii Bajulivi Conventuales, & alii Consilarii ipsius Hospitalis enixe ab eo petissent, ut opportuna aliqua ratio iniretur, qua immoderate dictas dignitates ambientium cupiditati aditus precluderetur, ipse Magnus Magister die 15. Februarii proximi praeteriti consilium completum status nuncupatum dicti Hospitalis convocari fecit, in eoque quoddam Chirographum manu sua subscriptum exhibuit, & legi curavit, per quod videlicet notum fecit, & declaravit per Statuta, seu stabilimenta, & Ordinationes Capitulares ejusdem Hospitalis auctoritate Apostolica confirmatas dictas dignitates Magnae Crucis certo, ac praefinito personarum propter earum antianitatem, merita, & rerum peritia Judicium, & Consiliorum muneribus fungi capacium numero dumtaxat deferri debere; Multitudinem vero illorum, qui dignitatem, seu habitum Magnae Crucis hujusmodi ad honores tantum ex gratia assecuti sunt, non multis ab hinc annis supra modum excrevisse, indeque politicae dicti Hospitalis administrationis rationem, & rectum Justitiae Ordinem perturbari, ac evidentia Conventui ipsius Hospitalis, & communi illius arario praedicti inferri; Praeceptoris siquidem, seu Commendatarii ejusdem Hospitalis, qui dignitates Magnae Crucis hujusmodi suorum servitorum, meritorum, antianitatis, ac sexaginta forsan, & amplius annorum aetatis intuitu consequi, & obtinere sperabant, dum Juvenes tam in Consiliis, quam in honoribus sibi praeferi vident, id aegre ferentes Conventum praedictum deserunt, ac erga dictum, Hospitale male affecti se ad suas praepceptorias, seu commendas, vel in Patriam recipiunt, illisque ibi morientibus, ipsorum bona ab eorum consanguineis, vel famulis occupantur, atque ita dictus Conventus illorum Residentiae commodis, & honorificentia privatur, necnon Consiliorum ope destituitur: praefatum vero commune ararium eorum Spoliis fraudatur; Porro ejusmodi perturbationum, ac incommodorum, necnon quae inde suboriri possunt, majorum periculorum gravitatem ipsius Magni Magisteri praedecessoribus adeo notam, & perspectam fuisse, ut qui illam propulserant, diversis temporibus plura Decreta ediderint, variosque ad hanc S. Sedem recursus habuerint, idque ex registris Cancellariae praedicti Conventus constare, optima tamen consilia, & conatus hujusmodi, cum minus valide promoverentur inter contrarios magis, magisque obrepentes abusus oppressa, irritaque, & inania remansisse; nullum proinde opportunius tot, tantisque malis remedium adhiberi posse, quam nostra, & hujus S. Sedis auctoritate statuendo, ut nullus imposterum ex Praeceptoribus, seu Commendatariis, aliisque quibuslibet Fratribus Militibus dicti Hospitalis Habitu Magnae Crucis hujusmodi ex gratia decorari valeat, nisi duo millia duplarum Hispaniarum in majores ipsius Hospi-

Epilogus cujusdam Chirographi Magni Magisterii in quo.

Referuntur causa d. Decretorum.

Decretum alterum de concessione dicti Habitum cum consensu Consilii Status faciendum.

Confirmatus fuit d. Chirographus a Consilio praed.

Preces Magni Magisterii.

Decretum duo praed. auctoritate Apostolica edita.

Clausula.

Decretum unum de concessione d. habitum post solutionem 2000. duplarum Hispaniarum.

Hospitalis necessitates erogandarum seu justum earum valorem communi arario praedicto, quod ob magnas expensas pro Christianae Religionis tuitione contra communem illum hostem factas, ac Bella Europae, aliasque temporum calamitates exhaustum reperitur, perolverit; Praeterea Nobis supplicandum esse, ut in eventum, quo deinceps eidem moderno, & pro tempore existenti Magno Magistro dicti Hospitalis facultatem tradendi, seu tradi faciendi quibuslibet Praeceptoribus, seu Commendatariis, aliisque Fratribus Militibus supra dictis habitum Magnae Crucis hujusmodi ad honores tantum a Nobis, & Sede praedicta concedi quodcumque contingat, litera Apostolica desuper expedienda non amplius ipsi soli Magno Magistro, sed etiam consilio memorati Hospitalis conjunctim dirigantur, neque alias traditionis habitus hujusmodi gratiam effectum sortiri, patiamur, nisi quatuor saltem ex quinque partibus suffragiorum ipsius Consilii in id concurrerint. Quo Chirographo perlecto omnes, qui ad Consilium supra dictum convenerant, praevio suffragiorum scrutinio, omnia, & singula in Chirographo hujusmodi contenta approbarunt, ac executioni demandanda esse decreverunt. Quare dictus Magnus Magister Nobis humiliter supplicari fecit, in premissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatus fuit d. Chirographus a Consilio praed.

Preces Magni Magisterii.

Decretum duo praed. auctoritate Apostolica edita.

Clausula.

§.2. Nos igitur ipsius Magni Magisterii votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, ut nullus de cetero Praeceptor, seu Commendatarius, aliisque quilibet frater Miles Hospitalis praedicti habitu Magnae Crucis ad honores tantum, & honoris causa, vigore quarumcumque facultatum a Nobis, & Sede praedicta deinceps ad id concedendarum decorari valeat, nisi duo millia duplarum Hispaniarum, sive justum earum valorem communi arario ejusdem Hospitalis vere, realiter, & cum effectu perolverit, auctoritate Apostolica tenore presentium statuimus, & ordinamus; Ipsas vero facultates, quas super traditione habitus Magnae Crucis hujusmodi, sive ei, & consilio Hospitalis hujusmodi conjunctim a Nobis, & eadem Sede in futurum concedi contigerit, non alias effectum suum sortiri debere, nisi concurrentibus, & concordantibus quatuor ex quinque partibus suffragiorum eorum, qui tunc in eodem Consilio praesentes aderunt, & jus ferendi suffragii habebunt, eadem auctoritate harum serie decernimus, & mandamus.

§.3. Decernentes pariter easdem presentes literas, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo, quod quicumque in premissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes, etiam speciali nota, & expressione digni illis non consenserint, nec ad illa vocati, citati, & auditi, neque causa propter quas ipsae praesentes emanarint sufficienter adducte verificatae, & justificatae fuerint, aut ex quavis alia quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus aliove quolibet, quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, retractari, infringi, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illa quodcumque Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato, vel etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine concessoque in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in premissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Rom. Ecl. Cardinales, etiam de Lateran. Legatos, necnon Magnum Magistrum, & Consilium, ac quavis Tribunalia Hospitalis praedicti, aliisque quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Hospitalis, ejusque Linguarum, & Prioratum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque Indultis, & Literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, & Decretis, in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones presentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis, respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis presentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Da-